

„ prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum,
 „ apud maximam Sedem Præfecturæ, quæ Orientalibus
 „ Prætoriis præsidet... Et quum omnes in unum con-
 „ venerunt gubernatione Triboniani viri excelli, ut tan-
 „ tum opus nobis auctoribus possent conficere, Deo propi-
 „ tione, in prædictos Quinquaginta Libros opus con-
 „ summatum est. *Desinit in hæc verba.* Omnes ita-
 „ que Judices nostri pro sua jurisdictione easdem Leges
 „ suscipiant, & tam in suis judiciis, quam in hac Re-
 „ gia urbe habeant & proponant, & præcipue vir ex-
 „ cellus hujus Almæ Urbis præfectus. Curæ autem erit
 „ tribus excellis Præfectis Prætoriis tam Orientalibus,
 „ quam Illyricis, necnon Libycis, per suas auctoritates
 „ omnibus qui suæ jurisdictioni suppositi sunt, eas mani-
 „ festare,, . Data septimodecimo Kalendas Januarias,
 „ Justiniano Domino nostro ter Consule.

Porro hi Pandectarum sive Digestorum Quinquagin-
 ta Libri solent distingui in *Digestum vetus*, quod a Li-
 bro I. pertingit usque ad titulum 2. Libri XXIV *Infor-*
zatum, quod a titulo 3. Libri XXIV. ad Librum XXX-
 VIII. *Novum* denique Digestum a Lib. XXXIX. ad Quin-
 quagesimum. Græci vero Pandectas in Septem Partes di-
 viserunt; ita ut *Prima* sit a Libro I. ad IV. *Secunda*,
 a V. ad XIX. *Tertia* a XX. ad *μίσρον τῶ πάντων*, scilicet,
 ad umbilicum Pandectarum, hoc est, ad Librum XXV.
Quarta a XXVI. ad XXVII. *Quinta* a XXVIII. ad XXX-
 VI. *Sexta* a XXXVII. ad XLIV. *Septima* a XLV. ad L.
 & Græce quidem Libros Pandectarum, Justiniani ipsius
 tempore e Latino redditos, non modo planum sit ex re-
 citatis edicti Justiniani verbis, quibus Imperator jubet
 Præfectum Prætorio Orientali per suam auctoritatem
 omnibus qui suæ jurisdictioni suppositi sunt, eos Libros
 manifestare: nam totus fere Oriens, paucis exceptis,
 Græca tunc temporis lingua utebatur, Latinam ignora-
 bat: sed etiam compertum exploratumque facit tum *Græ-*
ca Præfatio, quæ adhuc servatur, quæque Digestis La-
 tinis in editione Florentina Taurellii 1553. atque inde
 in Geneven. 1587. Parisien. 1628. & Amstelodam. 1663.
 cum